



Universitätsbibliothek Paderborn

Synopsis Magnalium Divi Josephi

Ignatius < a Sancto Francisco >

Leodii, 1684

Iesv Christo Dei Patris Et D. Josephi Filio Vero, Mariæ Deiparæ Spiritus
Sancti Et D. Josephi Sponsæ Intemeratæ, Divo Iosepho Hujus Conjugi, Illius
Patri, Utriusque In Terris Tutori Et In Coelis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38500



Synopsis

I E S V · C H R I S T O
D E I P A T R I S E T D . J O S E P H I
F I L I O V E R O ,

M A R I A E D E I P A R A E
S P I R I T U S S A N C T I E T D . J O S E P H I
S P O N S A E I N T E M E R A T A E ,

D I V O I O S E P H O
H U J U S C O N J U G I , I L L I U S P A T R I ,
U T R I U S Q U E I N T E R R I S T U T O R I
E T I N C O E L I S A S S E S S O R I ,

T R I A D I C R E A T A E ,
T R I A D I S I N C R E A T A E
S P E C U L O P E R F E C T I S S I M O :

Q U I p o t i u s h o c l e v i d e n s e
m e a e x i g u i t a t i s O p u s , &
m u n u s o f f e r r e m q u a m T i b i ,
o Trias Perfectissima ! o Trias
Beatissima ! o Trias Potentissima ! Cui enim ego quantum
a 2 Tibi

E P I S T O L A

Tibi debitor sum? aut à quo ea ego, quæ
à Te sperare possum? Valeant ergò alii è
terrâ Mœcenates, à quibus nihil opto. Tu
sola es spes mea, Tu sola divitiæ meæ, Tu
sola totum desiderium & Bonum meum;
eris ergò nunc Scopus horum conatum
meorum, ô! sis & votorum Bravium. Hoc
Opus Tu adspirando prævenisti, & adju-
vando prosecuta es, à Te ergò in me cœp-
tum, & per tuam gratiam à me tandem
perfectum, Tibi debetur ut suo vero Au-
thori, & ideò Tibi etiam ex justitiâ per
me prono in terram corpore, mente pro-
niori devotissimè redditur. Imago est, Pi-
ctura est hęc Synopsis Patris tui amantissimi
ô CHRISTE! tui Castissimi Sponsi ô MARIA!
tua ipsius est, ô JOSEPH! Repræsentatio ip-
sissima: an ulli gratior erit, aut rectius
cuiquam offerri possit, Imago aut Pictura
Patris, quam Filio? Sponsi, quam Conju-
gi? Sui ipsius, quam illi cuius est imago? qui
ergò alteri quam Tibi eam offerre potuif-
sem? Illa Synopsis, quam hic rudi Minervâ
elaboravi, illius est ô CHRISTE! quem Tu
Tibi ipse expressè condidisti, quem in Pa-
trem, dum voluisti Homo fieri, elegisti,
quem Matri tuæ combinaſti: illa Synopsis,
quam

DEDICATORIA.

quam h̄ic pro tenuitate m̄eā elucubravi, illius est ô MARIA! quem Tu tantopere amasti, cui Te, & Virginitatem tuam, quam tanti faciebas, committere non dubitasti: illa Synopsis laudum tuarum ô JOSEPH! quas h̄ic congeSSI, Repræsentatio est illarum Gratiarum, quas à Filio tuo earum fonte immenso accepisti, virtutum quas ex ejus ore didicisti, & cum eo ac Sponsā tuā per triginta annos exercuisti, necnon Gloriæ ad quam per illas ascendisti: Illam ergo licet pro omnibus scriptam ad Vos tamen JESUS, MARIA, JOSEPH, affero, Vobis eam offero, & in sacratissimis manibus vestris repono, à quibus fœlicius & utilius, quam à cujusvis alterius Mœcenatis manu ad istos perventuram confido. Ita facite, & eum benedicte qui est cum profundissimâ demissione

Synopsis

SVMMÆ MAGNITUDINIS VESTRÆ,

Humillimus Subditus & Supplex,
Fr. IGNATIUS A S. FRANCISCO
Carmelita.